

Ventus spūs. est aer dei nutu aliquo mō agi-
tatus. p cellis aquarū augmētatus. p angelica
ministerium excitatus. p eadē trāquillatus. Vi-
ta aut brutorū aialū. est spūs vitalis cōstās de
aere ⁊ sanguie inuisibilis s; sensibilis. memoriā
habens sed intellectu carens. cum carne mori-
ens in aerem vero euanesceus.

Anima quid sit.

Ca. v.

Anima vero spūs est. sba incorporea. cor-
poris vita inuisibilis. sensibilis. mutabilis. illo-
cabilis passibilis nec quātitatis mēsure nec
qualitatis forme vel coloris susceptibilis racō-
nalis memorabilis intellectualis immortalis.
et ne hec diffmicio vacillet racō eā pbaōib; ro-
boret. Aia ē sba. Omē enī qđ aliq vitā sba mīn-
strat. ipm necesse ē ut subsistat. s; aia corpi vi-
tā tribuit. igitur aia realiter subsistit. Hanc
vero vitā ipam pbat. dū pntia sua corpus vi-
uificat. absētia sua idē mortificat. Nec nobis
quidē ē inuisibilis. spiritib; autē visibilis. Hanc
etiā sensibile ēē cōstat. dū oculis colores. aurib;
sonos. narib; odores. palato sapes. manib;
aspera vel lema sentire prestat. Est quoq; mu-
tabilis. Omē enī qđ peioratur vel melioratū
tabile est. sed anima vicis peioratur virtutib;
melioratur. igitur mutabilis est. Est etiā illo-
calis. Omē enī qđ loco includit et altitudine lō-
gitudine latitudine aeris circūscribit corpus ē.

Sed ratio docuit animam esse incorpoream id est nec corpus nec aliquid membrum habere. ideo constat eam illocaliter esse. non enim spatium aeris ut corpus occupat. nec corpus ut aqua utrem implet. si ut calor illocaliter totum in se habet. ita anima totum corpus possidet. Igms quidem est sensibilis. sed calor inuisibilis et sensibilis. et quodammodo igne vivificans. ita anima inuisibilis sed sensibilis visibile corpus quadam occultavi sensibilis. Hec quoque est passibilis. Omne enim quod merore afficitur passibile est. Sed anima dum sine voluptatibus compos non efficitur dolore tristitie afficitur. ideo passibilis esse conuincitur. Ab hac quantitas excluditur dum nec altitudine vel latitudine aut longitudine metitur. nec sex circumstantiis ante et retro dextrorsum et sinistrorsum sursum et deorsum includere se patitur. Qualitas etiam forme vel coloris ab hac secermitur dum nulla forma vel humani corporis vel ullius colorat. rei illi ascribitur. Hec est memorabilis quia praeterita recolligit. est rationalis quia praesentia discernit. est intellectualis quia futura intelligit. Hanc immortalis hinc constat. quia memoria sui apud posteros penitus durare laborat. Quid sit angelus. ca. vi.

Angelus autem spiritus est substantia incorporea inuisibilis sensibilis rationalis intellectualis immortalis. bonorum lucida et impassibilis. materialium tertia et passibilis. Sed videndum est utrum